

Bucolica. & Vir
gilii Maronis.

VIRGILIUS DE SEIPSO,

Mellifluū quisq; Rō, nescit Homerū

Me legat. & lecto credat utcūq; sibi

Illi⁹ immēsos miratur Grācia cāpos


At minor est nobis, s; bñ cult⁹ ager

Nō miles/pastor/curu⁹ n̄ desit arator

Hec graijs cōstāt singla/trina mihi

IDEM

Pastor arator eques: paui: colui: superavi.
Capras rus hostes: frō de ligone manu.



BUCOLICORVM VIRGILII

Noram sic paruis componere magna solebam
Verum hæc tantū alias inter caput extulit vrbes
Quantum lenta solent inter viburna cupressi
Et quæ tanta fuit romam tibi causa videndi
Libertas. quæ sera, tamen respexit inertem
Candidior postq̃ tondenti barba cadebat.
Respexit tamen & longo post tempore venit
Postq̃ nos amarillis habet galathea reliquit

Melibœus

Tityrus

Namq̃ fatebor enim, dum me galathea tenebat
Nec spes libertatis erat, nec cura pe culi
Quamuis multa meis exiret victima septs
Pinguis. & ingratę premeretur caseus vrbi

Melibœus

Non vnq̃ grauis ere domū mihi dextra redibat
Mirabar quid mœsta deos amarylli vocares
Cui pendere sua patereris in arbore pomas

Amaryll.

Tityrus hinc aberat. ipsa te tityre pinus
Ipsi te fotes, ipsa hæc arbutta vocabant

Tityrus

Quid facerem? necq̃ seruitio me exire licebat
Nec tam presentes alibi cognoscere diuos
Hic illum vidi iuuenem melibœe. quotannis
Bis sænos cui nostra diēs altaria fumant

Melibœus

Hic mihi responsum primus dedit ille petenri
Pascite vt ante boues pueri summittite tauros
Fortunate senex, ergo tua rura manebunt
Et tibi magna satis. quous lapis omnia nudus

Compa.

Ana. stio.

Abigeris p. m. eligi

Nudus lapis

AECLOGA PRIMA

Limosoq̃ palus obducat pascua iunco
Non insueta graues tentabunt pabula fetas
Nec mala vicini pecoris contagia ledent
Fortunate senex hic inter flumina nota
Et fontes sacros frigus captabis opacum
Hinc tibi quæ semper vicino ab limite sepes
Hybleis apibus florem depasta salicti
Sepe leui somnum suadebit inire susurro
Hinc alta sub rupæ canet frondator ad auras
Nec tamen interea rauca tua cura palumbes
Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo.
Ante leues ergo pascentur in ethere cerui
Et freta destituent nudos in littore pisces
Ante pererratis amborum finibus exul
Aut ararim parthus bibet aut germania tigrim
Quam nostro illius labatur pectore vultus
At nos hinc alij sicientes ibimus aphros
Pars scythiam & rapidum crete veniem⁹ oaxem
Et penitus toto diuisos orbe britannos
En vnq̃ patrios longo post tempore fines
Pauperis & tuguri congestum cespitem culmen
Post aliquot mea regna videns mirabar aristas
Impius hæc tam culta noualia miles habebit
Barbarus has segetes: en quo discordia ciues
Perduxit miseros, en quis conseruimus agros.

A iij

Limoso iunco

Mala contag

Opacum frigus

Hyblea apes

Leuis susurro

Alta rupes

Rauca palumbes

Aëria vlmo

Leues cerui

Nudi pisces

Melibœus

Impius miles
Culta noualia

BVCOLICORVM VIRGILII

Inferere nunc melibœ pyros pone ordine vites
Ite meæ quondam fœlix pecusue capellæ
Non ego vos post hac viridi proiectus in antro
Dumosa de rupe procul pendere videbo
Carmina nulla canam. nec me pascente, capellæ
Florentem cythiſum aut ſalices carpetis amaras
Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte
Fronde ſuper viridi. ſunt nobis mitia poma
Caſtaneæ molles. & preſſi copia lactis.
Et iam ſumma procul villarum culmina fumant
Maioresq; cadunt altis de montibus vmbrae

Aecloga ſecunda quæ Corydon inſcribitur.

Formoſum paſtor corydō ardebat alexim
Delicias dñi nec quid ſperaret habebat
Tātū inter dēſas vmbroſa cacumina fagos
Aſſiduæ veniebat. vbi hæc in condita ſolus
Montibus & ſyluis ſtudio iactabat inani
O crudelis alex i nihil mea carmina curas.
Nil noſtri miſerere. mori me deniq; cogis
Nunc etiam pecudes vmbraſ & frigora captant
Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.
Theſtilis & rapido feſſis meſſoribus æſtu
Allia ſerpillumq; herbas contundit olentes
At mecum raucis. tua dum veſtigia luſtro
Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis

ÆCLOGA SECUNDA

Nonne fuit ſatius triſtis amaryllidis iras
Atq; ſuperba pati faſtidia. nonne menalcama
Quamvis ille niger quavis tu candidus eſſes
O formoſe puer nimium ne crede colori
Alba liguſtra cadunt. vaccinia nigra leguntur
Deſpectus tibi ſum nec quis ſim queris alexi
Quam dives pecoris niuei q̃ lactis abundans
Mille meæ ſiculis errant in montibus agne
Lac mihi non eſtate novum non frigore deſit.
Canto quæ ſolitus ſi quando armenta vocabat
Amphyon dirceus in acſeo aracyntho
Nec ſum adeo informis. nuper me in littore vidi
Cū placidū ventis ſtaret mare. non ego daphnim
Iudice te metua m ſi nunq; fallit imago
O tantum libeat mecum tibi ſordida rura
Atq; humiles habitare caſas. & figere ceruos
Hedorumq; gregem viridi compellere hibico
Mecum vna in ſyluis imitabere pana canendo
Pan primus calamos cæra coniungere plures
Inſtituit. Pan curat oues. ouiumq; magiſtros
Nec te peniteat. calamo triuiſſe labellum
Hec eadem vt ſciret quid non faciebat amyntas
Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Phyſtula. dametas dono mihi quam dedit olim
Et dixit moriens te nunc habet iſta ſecundum

A. n. j.

Superba feſtia

Alba liguſtra
Nigra uaccinia

Niueus lac

Humiles caſas
Viridis hibico

moſa rupeſ

cythiſus

ſalices

Tityrus

caſtanea

phraſis Vesperis

fagi

lucertæ

æſtus

serpens

Sol

BVCOLICORVM VIRGILII

Dixit dametas. inuidit stultus amyntas.
 Præterea duo nec tuta mihi ualle reperti
 Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo
 Bina die siccant ouis vbera. quos tibi seruo
 Iam pridem a me illos abducere thestilis orat
 Et faciet. quoniam sordent tibi munera nostra
 Huc ades o formose puer. tibi lilia plenis
 Ecce ferunt nymphe calathis. tibi cādida nais
 Pallentes violas & summa papauera carpens
 Narcissum & florem iungit bene olentis anethi.
 Tum casia atq; alijs intexens suauibus herbis
 Mollia luteola pingit vaccinia caltha
 Ipse ego cāna legam tenera lanugine mala
 Castaneasq; nūces mea quas amarillis amabat
 Addā carea pruna & honos erit hic quoq; pomo
 Et vos o lauri carpam & te proxima mirte,
 Sic posite quoniam suauis miscetis odores.
 Rusticus es corydon. nec munera curat alexis
 Nec si muneribus certes, concedet iolas
 Eheu quid volui misero mihi: floribus austrum
 Perditus, & liquidis immisi fontibus apros,
 Quem fugis ah demēs: habitarūt dī quoq; sylvas
 Dardaniusq; paris, pallas quas condidit arces
 Ipsa colat. nobis placeant ante omnia syluæ.
 Torua legna lupum sequitur, lupus ipsæ capellā

ÆCLOGA SECVNDA

Florentem cythisum sequitur lasciuia capella
 Te corydon o alexi trahit sua quæq; voluptas
 Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenti
 Et sol crescentes decedens duplicat umbras
 Me tamē vrit amor. quis enim modus adsit amori
 Ah corydon corydon quæ te dementia cœpit.
 Semiputata tibi frondosa vitis in vltimo est
 Quin tu aliquid saltē potius quorū indiget v'sus
 Viminibus, molliq; paras detexere iunco
 Inuenies alium si te hic fastidit alexis.

ÆCLOGA. IIII. Collocutores Menalcas
 & Dametas emuli cōcertātes. & palemō iudex

D Ic mihi da meta cuiū pecus, an melibei? Menelcas.
 Nō. verē egonis, nup̄ mihi tradidit egō
 Infelix o semp̄ ouis pecus. ipse negram Dametas.
 Dum fouet, ac ne me sibi preferat illa veretur
 Hic alienus ouis custos bis mulget in hora
 Et succus pecori & lac subducitur agnis
 Parcior ista viris tamen obijcienda memento
 Nouimus & qui te transuersa tuentibus hircis,
 Et quō. sed faciles nymphe risere, facello
 Tum credo cum me arbuta videre miconis
 Atq; mala vites incidere falce nouellas
 Aut hic ad veteres fagos cum daphnidis arcum
 Fregisti & calamos. quæ tu peruerse menalca

A v

BYCOLICORVM VIRGILII

Et cum vidisti puero donata dolebas

Et si non aliqua nocuisses mortuus esses

Me. Quid domini facient. audent cum talia fures

Non ego te vidi damonis pessimæ caprum

Excipere insidijs. multum latrante lycisca

Cūq; ego clamarem. quo nunc se proripit ille

Tityre coge pecus. tu post carecta latebas

An mihi cantando victus non redderet ille

Da. Quem mea carminibus meruisset fistula caprum

Si nescis. meus ille caper fuit. & mihi damon

Ipse fatebatur. sed reddere posse negabat

Me. Cantando tu illum. aut vnq; tibi phystula cæra

Iuncta fuit. non tu in triuiis indocte solebas

Stridenti miserum stipula disperdere carmen.

Vis ergo inter nos quid possit vterq; / vicissim

Da. Experiamur. ego hanc vitulam. ne forte recuses

Bis venit ad mulctram. binos alit vbere foetus

Depono. tu dic mecum quo pignore certes.

De grege non ausim quicq; deponere tecum

Est mihi nanq; domi pater. est iniusta nouerca.

Me. Bisq; die numerant ambo pecus. alter & hedos

Verum id quod multo tute ipse fatebere maius

Insanire libet. quoniam tibi pocula ponam.

Fagina celatum diuini opus alcymedontis

Lenta quibus torno facili superaddita vitis

ÆCLOGA TERTIA

Diffusos hedera vestit pallente corymbos

In medio duo signa. conon & quis fuit alter.

Descripsit radio totum qui gentibus orbem

Tempora quæ messor quæ curuus arator haberet

Nec dum illis labra admouit sed condita seruo.

Et nobis idem alcymedon duo pocula fecit

Et molli circum est ansas amplexus acantho

Orpheaq; in medio posuit. siluasq; sequentes

Necdum illis labra adnouit. sed condita seruo

Si ad vitulâ spectes. nihil est quod pocula laudes.

Nunq; hodie effugies. veniam quocūq; vocaris

Audiat hæc tantū. vel qui venit. ecce palemon

Efficiam post hac ne quenquā voce lacesces.

Quin age si quid habes. in me mora non erit vlla

Mec quenquā fugio. tantum vicine palemon

Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas

Dicite quandoquidē in molli confedimus herba

Et nunc omnis ager. nunc omnis parturit arbor

Nunc frondent siluæ. nunc formosissimus annus

Incipe dameta. tu deinde sequere menalca

Alternis dicetis. amant alterna camenæ

Ab ioue principium muse. iouis omnia plena

Ille colit terras. illi mea carmina cure

Et me phebus amat. phebo sua semper apud me.

Munera sunt. lauri & suaue rubens hyacinthus.

pallens heder

Curuus ara

Da.

Mollis acanth

Me

Da.

Mollis her

Palemon.

Da.

Me,

BUCOLICORVM VIRGILII

Da. Malo me galathea petit lasciua puella
Et fugit ad salices. & se cupit ante videri
Me. At mihi sese offert vltro meus ignis amyntas
Notior vt iam sit canibus non delia nostris
Da. Parta meę veneri sunt munera. nāq; notauī.
Ipse locum aerie quo congersere palumbes
Me. Quot potui, puero siluestri ex arbore lecta.
Aurea mala decem misi. cras altera mittam
Da. O quoties & quā nobis galathea loquuta est
Partem aliquam venti diuum referatis ad aures
Me. Quid prodest q̄ me ipse anō nō spernis amynta
Sī dum tu sectaris apros, ego retia seruo
Da. Phillida mitte mihi, meus est natalis iola
Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito
Me. Phillida amo ante alias, nam me discedere fleuit
Et longum formose vale vale inquit iola
Da. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.
Arboribus venti, nobis amaryllidis irā.
Me. Dulce satis humor, depulsis arbutus hedīs,
Lento salix foeto pecori, mihi solus amyntas
Da. Pollio amat nostram (quamuis sit rustica) musan
Pierides vitulam lectori pascite vestro
Me. Pollio & ipse fecit noua carmina, pascite taurum
Iam cornu petat & pedibus qui spargat arenam.
Da. Qui te pollio amat, veniat quo te quoq; gaudet

AECLOGA TERTIA

Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum
Qui bauium non odit, amet tua carmina meū
Atq; idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.
Qui legitis flores, & humi nascentia fraga
Frigid⁹. o pueri fugite hinc, latet anguis in herba Dr
Parcite oues nimiū procedere, non bene ripe Me,
Creditur, ipse aries etiam nunc vellera siccāt.
Tityre pascentes a flumine reiſce capellas
Ipse vbi tempus erit, omnes in fonte laurabo
Cogite oues pueri, si lac præcoeperit estus Da.
Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis.
Eheu q̄ pingui macer est mihi taurus in aruo? Me.
Idem amor exitium est pecori, pecorisq; magistro
His certe neq; amor causa est, vix ossibus herent Da
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Me.
Dic quibus in terris, & eris mihi magnus apollo
Tris pateat coeli spacium, non amplius, vlnas
Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascuntur flores, & phillida solus habeto Da.
Non nostrum inter vos tantas cōponere lites.
Et vitula tu dignus & hic & quisq; amores Me,
Aut metuet dulces, aut experietur amarus
Claudite iam riuos pueri, sat prata bibere Palemon.

Aecloga quarta Genethliacon Salonini.

Asper rubus
& prouer.

Me. & prouer.

& prouer.

per proclumina

& prouer.

BVCOLICORVM VIRGILII

Sicelides musæ paulo maiora canamus
 Nō omnes arbuta iuuāt. humilesq; myricę
 Si canimus sylvas. syluę sint consule dignę
 Vltima cumei venit iam carminis etas
 Magnus ab integro seclorum nascitur ordo
 Iam redit & virgo redeunt saturnia regna
 Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
 Tu modo nascenti puero. quo ferrea primum
 Desinet. ac tota surget gens aurea mundo
 Casta faue lucina. tuus iam regnat appollo
 Teq; adeo decus hoc cui te consule inibit
 Pollio. & incipient magni procedere menses
 Te duce si qua manent sceleris vestigia nostri
 Irrita perpetua soluent formidine terras
 Ille deum vitam accipiet. diuisq; videbit.
 Permixtos heroas. & ipse videbitur illis
 Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem
 At tibi prima puer nullo munuscula cultu
 Errantes hederas passim cum baccare tellus.
 Mixtaq; ridenti colocasia fundet acantho
 Ipsę lacte domum referent distenta capellę
 Vbera. nec magnos metuent armenta leones
 Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores
 Occidet & serpens. & fallax herba venenti
 Occidet. assyrium vulgo nascetur amomum

AECLOGA QVARTA

Et simul heroum laudes & facta parentis
 Iam legere. & quę sit poteris cognoscere virtus
 Molli paulatim flauescet campus arista.
 Incultisq; rubens pendebit sentibus vua
 Et durę quercus sudabunt rosida mella
 Pauca tamen suberunt prisce fastidia fraudis
 Quę tentare tethym ratibus. quę cingere muris
 Oppida. quę iubeant telluri infindere sulcos
 Alter erit tum typhis. & altera quę vehat argo
 Delectos heroas. erunt etiam altera bella
 Atq; iterum ad troiam magnus mittetur achilles.
 Hinc vbi iam firmata virum te foecerit etas
 Cedet & ipse mari vector. nec nautica pinus.
 Mutabit merces. omnis feret omnia tellus.
 Non rastros patietur humus. non vinea falcem
 Robustis quoq; iam tauris iuga soluet arator.
 Nec varios discet mentiri lana colores
 Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
 Murice. iam croceo mutabit vellera luto.
 Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos
 Talia secla suis dixerunt currite fusis
 Concordes stabili fatorum numine parę
 Aggredere o magnos. aderit iam tēpus. honores
 Chara deum soboles. magnum iouis incremētū
 Aspice conuexo nutantem pondere mundum

BYCOLICORVM VIRGILII

Terrasq; tractusq; maris cœlumq; profundum
 Aspice venturo letentur vt omnia seculo
 O mihi tam longe maneat pars vltima vite
 Spiritus, & quantum sat erit tua dicere facta
 Non me carminibus vincet nec traceus orpheus
 Nec linus, huic mater q̄uis atq; huic pater adsit.
 Orpei calliopea. lino formosus apollo
 Pan etiam arcadia mecum si iudice certet
 Pan etiam arcadia dicat si iudice victum
 Incipe parue puer risu cognoscere matrem
 Matri longa decem tulerant fastidia menses
 Incipe parue puer. cui non risere parentes
 Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est
 Aecloga. v. collocutores Menal. & mops⁹ amici

Menalcas **C** Vr nō mopsē boni qm̄ cōuenim⁹ ambo
 Tu calamos iflare leues, ego dicere vers⁹
 Huc corylis mixtas iter cōcedim⁹ vltimos

Mopsus. Tu maior, tibi me est equum parere menalca
 Sine sub incertas zephyris motantibus vmbas
 Siue antro potius succedimus, aspice vt antrum

Menalcas Syluestris raris sparsit labrusca racemis

Mopsus. Montibus in nostris solus tibi certat amyntas
 Quid si idem certet phœbum superare canendo

Menalcas. Incipe mopsē prior, si quos aut phillidis ignes,
 Aut alconis habes laudes. aut iurgia codri

ÆCLOGA QVINTA

Incipe, pascenres seruabit tityrus hēdos
 Immo hæc in viridi nuper quæ cortice fagi
 Carmina descripsi, & modulans alterna notauī.
 Experiar. tu deinde iubeto certet amyntas
 Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ
 Puniceis humilis quantum saliuca rosetis,
 Iudicio nostro tantum tibi cedit amyntas
 Sed tu desine plura puer, successimus antro.
 Extinctum nymphæ crudeli funere daphnim
 Flēbant. vos corili testes. & flumina nymphis
 Cum complexa sui corpus miserabile nati
 Atq; deos atq; astra vocat crudelia mater.
 Non vlli pastos illis egere diebus.
 Frigida daphni boues ad flumina. nulla neq; amnē
 Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam
 Daphni tuum pœnos etiam ingemuisse leones
 Interitum, montesq; feri. siluēq; loquuntur.
 Daphnis & armenias curru subiungere tigres
 Instituit. daphnis thiasos inducere baccho
 Et folijs lentas intexere mollibus hastas
 Vitis vt arboribus decori est. vt vitibus viti
 Vt gregibus tauri. segetes vt pinguibus aruis.
 Tu decus omne tuis. postq; te fata tulerunt
 Ipsa pales agros. atq; ipse reliquit apollo
 Grandia sæpe quibus mandauimus ordea fulcis.

Me.

Mopsus.

Me.

Mopsus.

Similitudo

BVCOLICORVM VIRGLII

Infœlix lolium & steriles dominantur hauena

Pro molli viola. pro purpureo narcisso.

Carduus. & spinis surgit paliurus acutis

Spargite humum folijs. inducite fontibus umbras

Pastores. mandat fieri sibi talia daphnis

Et tumulum & tumulo superaddite carmen.

Daphnis ego in syluis. hinc vsq; ad sydera notus.

Formosi pecoris custos formosior ipse.

Me. Tale tuum carmen nobis diuine poeta

Quale sopor fessis in gramine. quale per estum

Dulcis aquæ saliente sitim restringuere riuo

Nec calamis solum equiparas sed voce magistrū

Fortunate puer tu nunc eris alter ab illo

Nos tamen. hæc quocunq; modo tibi nostra viciss

Dicemus. daphnimq; tuū tollemus ad astra (sim

Daphnim ad astra feremus. amauit nos quoq; da

Mopsus An quicq; nobis tali sit munere maius. (phnis

Et puer ipse fuit cantari dignus. & ista

Iam pridē stimichon laudauit carmina nobis

Candidus insuetum miratur lumen olympi

Me. Sub pedibusq; videt nubes & sydera daphnis

Ergo alacris syluas & cætera rura voluptas

Panaq; pastoresq; tenet. dryadesq; puellas

Nec lupo insidias pecori. nec cretia ceruis

Vlla dolū meditantur. amat bonus ocia daphni

FECLOGA QVARTA

Ipsi leticia voces ad sydera iactant

In tonsi montes. ipse iam carmina rupes

Ipsa sonant arbuta. deus deus illæ menalæ.

Sis bonus o felixq; tuis. en quattuor aras

Ecce duas tibi daphni. duoq; altaria phœbo

Pocula bina n ouo spumantia lacte quotannis

Cratherasq; duos st atuā tibi pinguis oliui

Et multo imprimis hilarans conuiuia baccho

Ante focum si frigus erit. si messis in vmbra

Vina nouum fundam calathis aruisia nectar

Cantabunt mihi dametas & lyctius egon

Saltantes satyros imitabitur alpheisibœus

Hæc tibi semper erunt. & cum solennia vota

Reddemus nymphis. & cum lustrabimus agros

Dum iuga montis aper. fluuios dū piscis amabit

Dumq; thymo pascentur apes. dum rore cicade

Semper honos nomenq; tuū laudesq; manebunt

Vt baccho cereriq; tibi sic vota quotannis

Agricolæ facient. damnabis tu quoq; votis.

Quæ tibi quæ tali reddam pro carmine dona

Nam neq; me tantum venientis sibulus austri

Nec percussa iuuant fluctu tam littora. nec quæ

Saxas inter decurrunt flumina valles.

Hac te nos fragili donabimus ante cicuta

Hac nos fromosum coridon ardebat aleximi

B ij

Apotheos
sis

Me.

BUCOLICORVM VIRGILII

Hec eadem docuit cuium pecus an melibœi
At tu sume pedum. quod me cum sapere rogaret
Non tulit antigenes, & erat tum dignus amari
Formosum paribus nodis atq; ere menalca

Aecloga sexta Cantilenam Sileni recitat.

Prima syracusio dignata est ludere versu
Nostra nec erubuit syluas habitare thalia
Cū canerē reges & prelia, cynthius aurē
Vellit & admonuit, pastorem tytire pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.
Nunc ego. nāq; super tibi erunt qui dicere laudes
Varre tuas cupiant vel tristia condere bella
Agrestem tenui meditabor harundine musam
Nō iniussa cano, si quis tamē hec quoq; si quis
Captus amore leget. te nostrę varre miricę
Te nemus omne canet, nec phœbo gratior vlla ē
Quam sibi quæ varri prescripsit pagina nomen
Pergite pierides chromis & mnasylus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hesterno venas. vt semper. iaccho
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant
Et gratis attrita pendebat cantharus ansa
Aggressi nam sepe sen ex spe carminis ambos
Luserat. iniiciunt ipsis ex vincula fertis
Addit se sociam timidisq; superuenit egle

AECLOGA SEXTA

Aegle naiadum pulcerrima, iamq; videnti
Sanguineis frontēq; moris & tempora pingit
Ille dolum ridens quo vincula nectitis inquit,
Soluite me pueri, satis est potuisse videri
Carmina quæ vultis cognoscite. carmina vobis
Huic aliud mercedis erit. simul incipit ipse
Tum vero in numerum faunosq; ferasq; videres
Ludere. tum rigidas motare cacumina quercus
Nec tantum phœbo gaudet parnasia rupes
Nec taniū rhodope mirantur. & ismarus orphea
Quantum omnis mundus gaudet cātante sileno
Nanq; canebat vti magnum per inane coacta
Semina terrarū q. animeq; marisq; fuissent
Et liquidi simul ignis. vt his exordia primis
Omnia. & ipse tener mundi concreuerit orbis
Tum durare solum. & discludere nērea ponto
Ceperit. & rerum paulatim sumere formas.
Iamq; nouum terræ stupeant luceſcere solem
Altius. atq; cadant summotis nubibus imbres
Incipiant syluæ cum primum surgere cūq;
Rara per ignotos errent animalia montes
Hinc lapides pirrhę iactos saturnia regna
Hinc hominū quoddam gen⁹ & primordia rerū
Caucaſeasq; refert volucres. furtūq; promethei
His adiungit hylam nauarū quo fonte relictum

BUCOLICORVM VIRGILII

Clamassent, vt littus hyla hyla omne sonaret
 Et fortunatam, si nunq̃ armenta fuissent
 Pasiphen niuei solatur amore iuueni
 Ah virgo infœlix quæ te dementia cepit
 Pierides implerunt falsis mugitibus agros
 At non tam turpes pecudū tamē vlla sequuta est
 Concubitus, q̃uis collo tenuisset aratrum
 Et sepe in leui quēssisset cornua fronte
 Ah virgo infœlix tu nunc in montibus erras
 Ille latus niueum molli fultus hiacyncto,
 Illice sub nigra pallentes ruminat herbas,
 Aut aliquē in magno sequit̃ grege, claudite nim
 Dicteq̃ nimphę nemorū iam claudite saltus (phę
 Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris
 Errabunda bouis vestigia, forsitan illum
 Aut herba captum viridi, aut armenta sequutum
 Perducent aliquæ stabula ad gortynia vacę
 Tum canit hesperidum miratam mala puellam
 Tum phęontiades musco circumdat amaræ
 Corticis, atq̃ solo proceras etigit alnos
 Tum canit errantem per messi ad flumina galū
 Aonas in montes vt duxerit vna fororum
 Vtq̃ viro phœbi chorus assurrexerit omnis
 Vt linus hec illi diuino carmine pastor
 Floribus atq̃ apio crines ornatus amaro,

ÆGLOGA SEXTA,

Dixerit, hos tibi dant calamos, en accipe, musæ
 Ascreo quos ante seni, quibus ille solebat
 Cantando rigidas deducere montibus ornos
 His tibi grinei nemoris dicatur origo
 Ne quis sit lucus quo se plus iactet apollo
 Quid loquar? aut scyllā nisi, quā fama sequuta est
 Candida succinctā latrantibus inguina mōstris
 Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto.
 Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis
 Aut vt mutatos terei narrauerit artus
 Quas illi philomena dapes, quę dona pararit
 Quo cursu deserta petiuerit, & quibus ante
 Infœlix sua tecta superuolitauerit alis.
 Omnia quę phœbo quondam meditante beatus
 Audiit eurotas, iussitq̃ ediscere lauros
 Ille canit pulsa referunt ad sydera valles
 Cogere donec oues stabulis, numerumq̃ referre
 Iussit, & inuito processit vesper olympo
 Ægloga, vii. Melibœ⁹ Coridon thyrsis Daphnis,
FOrte sub arguta confederat ilice daphnis
 Cōpulerātq̃ greges coridō et thyrsis i vnū
 Thyrsis oues, coridon distētas lacte capel
 Ambo florentes etatibus, archades ambo (las
 Et cantare pares, & respondere parati
 Hic mihi dum teneras defendo a frigore myrtos

BVCOLICORVM VIRGILII

Vis gregis ipse cap deerrauerat, atque ego daphni
 Aspicio, ille ubi me contra videt ocius inquit
 Huc ades o meliboe, caper tibi saluus & hedi
 Et si quid cessare potes requiesce sub vmbra
 Huc ipsi potum venient per prata iuuenci.
 Hic viridis tenera pretextit harundine ripas
 Myntius, eque sacra resonant examina quercu
 Quid facere, neque ego alcipenec phillida habebam
 Depulsos a lacte domi quae clauderet agnos,
 Et certamen erat corydon cum thyrside magnu
 Posthabui tamen illorum mea seria ludo
 Alternis igitur contendere versibus ambo
 Coepere, alternos musae meminisse volebant
 Hos corydon, illos referebat in ordine thirsis

Corydon. Nymphae noster amor libetrides, aut mihi carmen
 Quale meo codro concedite, proxima phoebe
 Versibus ille facit, aut si non possumus omnes
 Hic arguta sacra pendebit phistula pinu

Thyrsis. Pastores hedera crescentem ornat poetam
 Arcades, inuidia rumpantur ut ilia codro.
 Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem
 Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro

Corydon. Setosum caput hoc apri tibi delia paruus
 Et ramosa mycon vivacis cornua cerui
 Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota

AECLOGA SEPTIMA

Puniceo stabis suras emincta cothurno
 Sinum lactis & haec te liba priape quotannis,
 Expectare sat est, custos es pauperis horti.
 Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu
 Si foetura gregem suppleuerit, aureus esto
 Nerine galathea thimo mihi dulcior hible
 Candidior cygnis, hedera formosior alba
 Cum primum pastus repetent praesepia tauri.
 Si qua tui corydonis habet te cura, venito
 Immo ego sardois videar tibi amarior herbis
 Horridior rusco, proiecta vilior alga,
 Si mihi non haec lux toto iam longior anno est
 Ite domum pastus, si quis pudor, ite iuueni
 Muscosi fontes, & somno mollior herba.
 Et quae vos rara viridis tegit arbutus vmbra
 Solstitium pecori defendite, iam venit aestas
 Torrida, iam leto turgent in palmitibus gemmae
 Hic focus & tede pingues, hic plurimus ignis
 Semper, & assidua postes fuligine nigri
 Hic tantum boreae curamus frigora, quantum
 Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas
 Stant & iuniperi & castaneae hirsutae
 Strata erant passim sua quaque sub arbore poma.
 Omnia nunc rident, at si formosus alexis.
 Montibus his abeat, videas & flumina sicca

Thyrsis

Corydon

Thyrsis

Corydon

Thyrsis

Corydon

BVCOLICORVM VIRGILII

Aret ager. vicio moriens sitit aeris herba
Liber pampineas inuidit collibus vuas
Phyllidis aduentu nostrę nemus omne virebit

Thyrsis Iupiter & leto descendet plurimus himbri

Corydon Populus alcide. gratissima vitis iaccho
Formosę mirtus veneri. sua laurea phœbo
Phyllis amat corilos. illas dum phyllis amabit
Nec myrtus vincet corilos. nec laurea phœbi

Thyrsis Fraxinus in syluis. pulcherrima pinus in hortis

Populus in fluuijs. abies in montibus altis

Sępius at si me lycida formosę reuifas

Fraxinus in syluis cędet tibi pinus in hortis

Menalcas Nec memini. & victũ frustra cõtendere thyrsim

Ex illo corydon. corydon. es tempore noblis

Aecloga octaua. ad Augustũ. amatoresque
rela & pharmaceutria.

P Astorum musam damonis & alpheisibei
Immemor herbarũ q̃s est mirata iuuenca
Certates. quorũ stupefactę carmine lices

Et mutata suos requierunt flumina cursus

Damonis musam dicemus & alpheisibei

Tu mihi seu magni superas iam saxa timati

Sive ora m illyrici legis equoris. en erit vnq̃

Ille dies. mihi cum liceat tua dicere facta

En erit. vt liceat totum mihi ferre per orbem

AECLOGA OCTAVA

Sola sophocleo tua carmina digna cothurno

A te principium. tibi desinet. accipe iussis

Carmina cępta tuis. atq; hanc sine tēpora circum

Inter victrices hederana tibi serpere lauros

Frigida vix cęlo noctis decesserat vmbra

Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est

Incumbens tereti damon sic cępit oliuę

Nascere pręq; diem veniens age lucifer alnum

Coniugis indigno nyse deceptus amore

Dum queror & diuos. quanq̃ nil testibus illis

Profeci. extrema moriens tamen alloquor. hora

Incipe menalios mecum mea tibia versus

Menalus argutumq; nemus pinosq; loquentes

Semper habet. semper pastorũ ille audit amores

Panaq; qui primus calamos non passus inertes

Incipe menalios mecum mea tibia versus

Mopso nyfa datur. quid non speremus amantes

Jungentur iam gryphes equis. quoq; sequenti

Cum canibus timidi venient ad pocula damę

Mopse nouas incide faces. tibi ducitur vxor

Spargę marite nuces. tibi deserit hesperus oetam

Incipe menalios mecum mea tibia versus

O digno coniuncta viro. dum despicias omnes.

Dumq; tibi est odio mea fistula. dumq; capellę

Hirsutumq; supercilium. proluxaq; barba

BVCOLICORVM VIRGILII

Nec curare deum credis mortalia quenq̃.
 Incipe menalios mecum mea tibia versus
 Sepibus in nostris paruam te rosida mala
 Dux ego vester eram, vidi cum matre legentem.
 Alter ab vndecimo tum me iam coeperat annus
 Iam fragiles poteram a terra contingere ramos
 Vt vidi vt perij, vt me malus abstulit error
 Incipe menalios mecum mea tibia versus
 Nunc scio quid sit amor, duris in cotibus illum
 Ismarus aut rodope, aut extremi garamantes.
 Nec nostri generis puerum nec sanguinis edunt
 Incipe menalios mecum mea tibia versus
 Sequus amor docuit natorum sanguine matrem
 Comaculare manus, crudelis tu quoq̃ mater
 Crudelis mater magis, an puer improbus ille,
 Improbus ille puer, crudelis tu quoq̃ mater
 Incipe menalios mecum mea tibia versus
 Nunc & oues vltro fugiat lupus, aurea dura
 Mala ferant quercus, narcisso floreat alnus
 Pinguia corticibus sudent electra myrica
 Certent & cygnis vlule, sit tityrus orpheus
 Orpheus in syluis, inter delphinas arion
 Incipe menalios mecum mea tibia versus
 Omnia vel medium fiant mare, viuite syluae
 Preceps aerij specula de montis in vnda.

ÆCLOGA OCTAVA

Deferar, extremū hoc minus morientis habeto
 Desine menalios iam desine tibia versus
 Hec damon, vos quę responderit alpheis oēs
 Dicite pierides, nō omnia possumus omnes.
 Effer aquam, & molli cinge hec altaria vitta
 Verbenasq̃ adole pingues & mascula thura
 Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
 Experiar sensus, nihil hic nisi carmina desunt
 Ducite ab vrbe domū mea carmina ducite daphni
 Carmina vel cœlo possunt deducere lunam
 Carminibus cyrcę socios mutauit vlyssis
 Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis
 Ducite ab vrbe domū mea carmina ducite daphni
 Terna tibi hec primū triplici diuersa colore
 Licia circundo, terq̃ hec altaria circum
 Effigiem duco, numero deus impare gaudet.
 Ducite ab vrbe domū mea carmina ducite daphni
 Necte tribus nodis ternos amarylli colores.
 Necte amarylli mō, & veneris dic vincula necto
 Ducite ab vrbe domum & c.
 Limus vt hic durefcit, & hec vt cera liquefcit
 Vno eodemq̃ igni, sic nostro daphnis amore.
 Sparge molā & fragiles incende bitumie lauros
 Daphnis me mal⁹ vrit, ego hāc in daphnida laurū
 Ducite ab vrbe domū mea carmina ducite daphni

Semina g'alis

Alpheis

boeus

Semina

J Simile

BUCOLICORVM VIRGLII

mparatio
Talis amor daphnim qualis cum fessa iuuentū
Per nemora atq; altos quērendo bucula lucos
Propter aque riuum viridi procumbit in herba
Perdita nec ferē meminī decedere nocti
Talis amor teneat. nec sit mihi cura mederi
Ducite ab vrbe &c.
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit
Pignora chara sui. quē nunc ego limine in ipso
Terra tibi mādō, debeat hęc pignora daphnim
Ducite ab vrbe domum &c.
Has herbas, atq; hęc ponto mihi lecta venena
Ipse dedit mœris. nascuntur plurima ponto.
His ego sepe lupum fieri & se condere syluis.
Mœrim. sepe animas imis exire sepulchris.
Atq; fatas alio vidi traducere messes.
Ducite ab vrbe. &c.
Fer cineres amarylli foras riuoq; fluenti.
Trāsq; caput iace, ne respexeris. his ego daphnim
Aggrediar. nihil ille deos, nil carmina curat
Ducite ab vrbe. &c.
Aspice. corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua. dum ferre moror. cinis ipse. bonū sit
Nescio quid certe est & hylas in limine latrat
Credim us, an qui amant ipsi sibi somnia fingūt
Parcite, ab vrbe venit, iā parcite carmīa daphnis

ÆGLOGA NONA.

Aecloga. ix. Colloquunt Lycidas & Mœris.

Quo tibi mœri pedes. an q̄ via ducit ī vrbe Lycidas
O lycida viui peruenimus. aduena nostri
(Qd̄ nūq; veriti sum⁹) vt possessor agelli Mœris
Diceret. hęc mea sunt. veteres migrate coloni
Nunc victi tristes. quoniā fors omnia versat
Hos illi. quod non bene vertat. mittimus hēdos
Certe equidem audierā qua se subducere colles
Incipiunt. molliq; iugum demittere cliuo. Lycidas
Vsq; ad aquā. & veteris iam fracta cacumina fagi
Omnia carminibus vestrū seruasse menalcam
Audieras. & fama fuit. sed carmina tantum Mœris
Nostra valent lycida tela inter martia. quantum.
Chonias dicunt aquila veniente columbas.
Quod nisi me quacūq; nouas incidere lites
Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix
Nec tuus hic mœris. nec viueret ipse menalcas
Heu cadit in quēq; tantū scelus. heu tua nobis Lycidas
Pene simul tecum solacia rapta menale
Quis caneret nymphas. q̄s humū florētib⁹ herbas
Spargeret. aut viridi fontes induceret vmbra
Vel quē sublegi tacitus tibi carmina nuper.
Cum te ad delicias ferres amaryllida nostras
Tityre dum redeo (breuis est via) pasce cape las
Et potum pastas age tityre. & interagendum

BVCOLICORVM VIRGILII

Occursare capro (cornu ferit ille) caueto
 Mœris Immo hæc quæ varro nec dū perfectā canebat
 Varre tuum nomē, superet modo mantua nobis
 Mantua ve misere nimum vicina cremone
 Cantantes sublimē ferent ad sydera cigni,
 Sic tua cyrneas fugiant examina taxos
 Lycidas Sic cythis pasto distentent vbera vacce
 Incipe si quid habes, & me fecere poetam
 Pierides, sunt & mihi carmina, me quoq; dicunt
 Vatem pastores, sed nō ego credulus illis
 Nam neq; adhuc vario videor nec dicere cynna
 Digna, sed argutos inter strepere anser olores,
 Mœris Id quidem ago, & tacitus lycida mecū ipse voluto
 Si valeam meminisse, neq; est ignobile carmē
 Huc ades o galathea, quis est nam ludus in vndis
 Hic ver purpureum, varios hic flumina circū
 Fundit humus flores, hic candida populus antro
 Imminet, & lente texunt vmbacula vites
 Huc ades, infani feriant sine littora fluctus,
 Licida Quid? que te pura solum sub nocte canentē
 Audieram, numeros memini si verba tenerem
 Mœris Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus,
 Ecce dyonei processit cæsaris astrum
 Astrum quo segetes gauderent frugibus, & quo
 Duceret apricis in collibus vva colorem

ÆCLOGA DECIMA

Inserc daphni piros, carpent tua poma nepotes.
 Sen. Omnia fert etas, animum quoq; sepe ego longos
 Cantando puerum memini me condere soles
 Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoq; merim
 Iam fugit ipsa, lupi mœrim videre priores
 Sed tamen ista satis referet tibi sepe menalcas
 Causando nostros in longum ducis amores Lycidas
 Et nunc omne tibi stratum filet equor, & omnes.
 Aspice ventosi ceciderunt murmuris aure,
 Hinc adeo media est nobis via, nāq; sepulchrum
 Incipit apparere pianoris, hic vbi densas,
 Agricole stringunt frondes, hic mœri canamus
 Hic hedos deponē, tamen veniemus in urbem
 Aut si nox pluuiam ne colligat ante veremur,
 Cantantes licet vsq; minus via leder, eamus
 Cantantes vt eamus, ego hoc te fasce leuabo Mœris
 Desine plura puer, & quod nunc instat agamus
 Carmina tum melius cum venerit ipse canemus
 Æcloga. x. de insano amore Cornelij Galli,
 Extremū hūc arethusa mihi cōcede laborē
 Pauca meo gallo, sed que legat ipsa licoris
 Carmīa sūt dicēda, neget qs carmīa gallo
 Sic tibi cum fluctus subterlabere sicanos,
 Doris amara suam, non intermisceat vndam
 Incipe sollicitos galli dicamus amores,

BVCOLICORVM VIRGILII

Dum tenera attendent syme virgulta capelle
 Non canimus surdis. respondent omnia silue
 Que nemora. aut qui vos saltus habuere puellę
 Naiades. indigno cum gallus amore periret
 Nam neq; parnasi vobis iuga. nam neq; pindi
 Vlla moram fecere. neq; aonię aganippe
 Illum etiam lauri. etiam fleuere myrice
 Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
 Menalus. & gelidi fleuerunt saxa licei.
 Stant & oues circum. nostri nec penitet illas
 Nec te pœniteat pecoris diuine poeta
 Et formosus ouis ad flumina pauit adonis
 Venit & opilio. tardi venere subulci
 Vuidus hyberna venit de glãde menalcas.
 Omnes vnde amor iste rogant. tibi venit apollo.
 Galle quid insanis inquit. tua cura licoris
 Perq; niues alium perq; horrida castra secuta est
 Venit & agresti capitis syluanus honore
 Florentes ferulas & grandia lilia quassans
 Pan deus archadie venit. quem vidimus ipsi
 Sanguineis ebulli baccis minioq; rubentem
 Et quis erit modus inquit. amor non talia curat
 Nec lachrimis crudelis amor. nec gramina riuis
 Nec cythiso saturantur apes. nec fronde capelle
 Tristis at ille. tamen cantabitis arcades inquit

AECLOGA DECIMA

Montibus hæc vestris soli cantare periti
 Arcades. o mihi tum q; molliter ossa quiescent
 Vestra meos olim si phistula dicat amores
 Atq; vtinam ex vobis vnus. vestriq; fuisset
 Aut custos gregis aut maturæ vinitor vugę
 Certe siue mihi phillis. siue esset a mintas
 Seu quicumq; furor. quid tum si fuscus amintas
 Et nigra violę sunt. & vaccinia nigra.
 Mecum inter salices lenta sub vite iaceret
 Serta mihi phillis legeret. certaret a mintas
 Hic gelidi fontes. hic mollia prata licori
 Hic nemus. hic ipso tecum consumerer euro
 Nunc infanus amor duri me martis in armis
 Tela inter media. atq; aduersos detinet hostes
 Tu porcula patria. nec sit mihi credere tantum
 Alpinas ah dura niues. & frigora rheni
 Me sine sola vides. ah te ne frigora ledant
 Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas
 Ibo. & chalcidico quæ sunt mihi condita versu
 Carmina. pastoris siculi modulabor æuena
 Certum est in syluis inter speleæ ferarum
 Malle pati. tenerisq; meos incidere amores
 Arboribus. crescent ille crescetis amores
 Interea mixtis lustrabo menala nymphis
 Aut acres venabor apros. non me vllavetabunt

BVCOLICORVM VIRGILII

Frigora, parthenios canibus circundare saltus
Iam mihi per rupes videor, lucosq; sonantes
Ire. libet partho torquere cydonia cornu
Spicula. tanq; hec sint nostri, medicina furoris.
Aut deus ille malis hominū mutescere discat
Iam neq; hamadriades rursus. nec carmina nobis
Ipsa placent. ipsæ rursus concedite syluæ
Non illum nostri possunt mutare labores
Nec si frigoribus medijs. nebrumq; bibamus
Sythoniaq; niues hyemis subeamus aquosæ
Nec si cum moriens alta liberaret in vltimo
Aethiopum versemus oues sub sydere cancri
Omnia vincit amor. & nos cedamus amor.
Hec sat erit diuæ vestrum cecinisse poetam
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco
Pierides, vos hec facietis maxima gallo
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas
Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus.
Surgamus solet esse gratis cantantibus vmbra
Iuniperi grauis vmbra. nocet & frugibus vmbre,
Ite domum saturæ, venit hesperus. ite capellæ.

FINIS BVCOLICORVM VIRGILII.



Handwritten signature or mark.